

(13) Rationes ex scripturis et Apostolicis traditionibus de prompte addemonstrandum potestatem iurisdictionis ecclesiastica a Deo proprie et vere et immediate proficisci per Pontificem epum Eporum et B. Petri Principis Apostolorum successorem

1. Si quia Aaron erat mediator sermonis Moysis apud Pharaonem ut tradit scriptura et Ap<sup>ca</sup> doctrina sermo Aaronis sermo Dei erat proprie et vere ergo cum Pontifex in ordinatione Ep<sup>i</sup> dicit. Accipe Evangelium et uade predica populo tibi comibo quod ad potestatem iurisdictionis pertinet. cum hoc inquam, dicit factus mediator Christi, qui dicit per B. Petrum pasce oves, qui in uobis est, consequens est ut sermo similiter Pontificis sit sermo Christi. Christus ergo est qui proprie dat potestatem iurisdictionis ecclesiastica qui uere dicit Accipe Evangelium, uade. ● predica populo tibi comibo
2. Si secundum Apostolicam traditionem ut testatur hiero, in epistola ad Euagrium hoc sunt in ecclesia Ep<sup>i</sup> Presbyteri et Diachoni, quod in uetere testamento Aaron, filij eius, et Leuite. Aaron autem superior erat secundum legem Diuinam potestate iurisdictionis filijs suis, idest sacerdotibus ut intelligi potest ex num. c. 17. Deute, 16. Eccl, 65. ergo et in nouo testamento etiam Episcopi secundum legem Diuinam superior est presbyteris pot<sup>est</sup> iurisdictionis
3. Si Apostolus precipit Thimoteo Episcopo ut aduersus presbyterum non suscipiat accusationem nisi sub duobus aut tribus testibus, est autem haec lex non Pontificis sed Christi in Paulo loquentis, ergo Ep<sup>i</sup> non per humanam legem sed per Diuinam habet potestatem iurisdictionis in presbyteros qui sunt sub eius potestate
4. Dyonis, Areop. eccl. hier. c. 5. describens ac distinguens ordinationem Ep<sup>i</sup> ab ordinatione presbyteri ait lege Diuina tributum esse Ep<sup>i</sup> ut omnia sacramenta conficiant et oes eccle<sup>as</sup> gubernationes siue dispositiones in suis ecclesijs administrent, aequae igitur proprie ex iure Diuino est potestas iurisdictionis ut ordinis siquidem utrumque in eodem loco simul nihil distinguens ait Dyonis, tributum esse lege Diuina Ep<sup>o</sup>
5. Si regis electio a Deo est secundum scripturam et secundum Apostolicam traditionem quae est in 7. lib. elem. Rom. quae tri potestas, q<sup>z</sup> saecularis non per legem euangelicam sed per humanam tribuitur ergo multo magis, magisq<sup>z</sup> proprie erit a Deo electio ad potestatem iurisdictionis spiritualis quae per legem Diuinam de pas audis ouibus in euangelio scriptam tribuitur

6. Iubet Constitutio App<sup>ca</sup> que est in lib. clem. de charismatibus et ordinationibus, ut sicut potestates seculares non debent contem- nere subiecos. Sic neq<sup>ue</sup> Ep<sup>us</sup> contemnat presbyteros neq<sup>ue</sup> presbyteri laicos hoc aut ad potestatem iuris dictionis pertinet. Talis n. pot<sup>as</sup> habet subiecos q<sup>ui</sup> inquit esse Christianos, in nobis situm est, Scilicet adiuuante Deo esse uero Apostolos, Aut Ep<sup>os</sup> non est penes nos sed potius inquit penes Deum qui charismata tribuit ergo De<sup>us</sup> est qui dat proprie et uere charismata potestatis iuris dictionis ecclesiastica neq<sup>ue</sup> est in homine ut in d<sup>no</sup> situm, dare illam sed t<sup>am</sup> ministrare sicut ait. B. Petrus qui ministrat (inquit) tamq<sup>ue</sup> ex uirtute, quam administrat Deus.

7. Traditio Ap<sup>ca</sup> in eodem lib. in ordinatione Ep<sup>i</sup> sic iubet precari ut hodie faciunt in ecclesia orientali, effunde exte sp<sup>u</sup>s gubernatorij super hunc famulum tuum quem ad Episcopatum tuum sanctum ele- gisti ut eo tibi fungeretur sine bitio et querela offretq<sup>ue</sup> tibi dona et potestatem habere remitendi peccata secundum mandatum tuum, item constituendi clericos ac soluendi omne vinculum secundum potestatem quam Apostolis dedisti constat aut ad potestatem iuris dictionis perti- re potestatem soluendi vinculum excommunicationis quam potestatem Deus dat secundum Evangelium et Apostolicam traditionem ergo pot- tas iuris dictionis ecclesiastica et sp<sup>ualis</sup> non ab homine sed a Deo d<sup>at</sup> item traditio Ap<sup>ca</sup> in ordinatione presbyteri sic docet precari, imple eum sp<sup>u</sup> g<sup>ra</sup> et consilij, ut populum tuum adiuuet et g<sup>u</sup>ernet sicut Moysi insisti eligere seniores quos sp<sup>u</sup> impleuisti, at illis dedit De<sup>us</sup> de sp<sup>u</sup> Moysi sicut ait scriptura ergo et presbyteris cum Ep<sup>us</sup> pre- mitit gubernare Deus dat de sp<sup>u</sup>, Ep<sup>i</sup>. 2. de charismate potestatis iuris dictionis quam habet Ep<sup>us</sup> non autem dat proprie et uere ipse Ep<sup>us</sup>.

8. Item occidentalis eccl<sup>ia</sup> sic in ordinatione Ep<sup>i</sup> secundum. Ap<sup>ca</sup> traditi- nem precatur dicens. Da ei d<sup>ne</sup> clauis regni caloz ut utat<sup>ur</sup> non ut glori- tur potestate quam tribuis et tribuas ei d<sup>ne</sup> cathedram ep<sup>iscopalem</sup> adue- gendum ecclesiam tuam, illud primum dicit<sup>ur</sup> de potestate ordinis, hoc- cundum de pot<sup>ate</sup> iuris dictionis et utrumq<sup>ue</sup> ex equo petit ordinator a Deo ut

aproprio & immediato datore licet per medium ministerium quod  
quidem non prohibet quin virtus Dei qui omnia implet immediate attri-  
gat effectum. est igitur potestas iurisdictionis immediate ex Deo

9. Aplus ait nemo sibi sumit honorem sed qui vocat' a Deo tanq̄s a vero  
loquitur aut' de honore sacerdotali et p̄tas iurisdictionis ecc̄. honore et  
sacerdotib; proprie et hierarchice conueniens. ergo nemo sumit eum nisi  
vocatus a Deo secundum legem eius, a Deo igitur vocatus proprie et vere  
et non ab homine nisi tanq̄s a ministro et mediatore ch̄i qui in eccl̄.  
legitime accipit potestatem iurisdictionis

10. Si schisma erat dicere ego sum Pauli, ego sum Apollos, quasi in noīe  
Pauli, id est in virtute Pauli, aut in nomine Apollos baptizati essent  
at non potius in virtute ch̄i, quia una est in omni baptismo per inuoca-  
tionem trium personarum Diuinarum. ergo similiter schisma est dicere  
ego potestatem habeo iurisdictionis a Deo, ego habeo a Pont, quasi  
in noīe, siue in virtute Pontificis, et non potius in virtute Dei, qui vir-  
tutem administrat, potestas sp̄ialis tribuatur et quasi ch̄us diuisus  
sit. quare sicut Apollos ait, quid igitur Apollos, quid igitur Paulus ē  
nonne ministri eius cui credidisti, sic Pont, in dispensatione ministeriorū  
nihil est nisi minister Dei et dispensator, ac vicarius, et mediator ch̄i  
mediatoris Dei et hominum.

ii. Scribit Apollos, Posuit Deus in ecc̄. primum Apolos, secundo prophetas  
hi sunt Episcopi quorum est interpretari ut de illis dicitur in eorum  
ordinatione, tertio doctores, hi sunt presbyteri ut de eis quoq; dicitur  
in eorum ordinatione, deinde virtutes, siue miracula facienda cum op̄  
est siue ad alia sp̄ialia, exinde gr̄am curacionum, hi sunt exorcista  
qui curant exorcismos, deinde subiungit opitulationes, gubernationes  
quod si gubernationes ecc̄. et sp̄iales ponit Deus in ecc̄. est aut' potestas  
iurisdictionis, p̄tas gubernandi, ergo p̄tas iurisdictionis a Deo est proprie  
tanq̄s charisma sp̄is non aut ab homine.

12. Item sicut. 70 illi quos Dns iussit Moysi eligere fuerunt adiutores Mo-  
ysi, quib; tanq̄s electis a Moise non Moises ut scriptura testatur, sed Deus  
dedit de sp̄u, i. de charismate potatis quam dederat Moysi sic Ep̄i qui a  
Deo per Pont, vocantur adiutores Pontificis, et presbyteri qui a Deo  
vocant' per Ep̄m ordinatorem adiutores Ep̄i, ergo Deus dat similiter

Ep̄s de plenitudine sp̄s sine potatis quam dedit Pont, et similiter  
dat presbyteris de potate quam dedit Ep̄s est igitur potestas iurisdictio-  
nis proprie a Deo

13. Ext, de aucte, et usu pallij. c. ad honorem, satis significat textus in  
noc. 11. a quo assumptus est Pont, in plenitudine potatis ab eo alios Ep̄s  
vocatos esse in partem sollicitudinis. sic enim ait, sane Rom, Pont, in  
missarum solemnij pallio semper utitur, et b̄bis quoniam assumptus est  
ſ a Deo in plenitudinem potatis que per pallium significatur, alij autem  
semper, neq̄ b̄bis sed in eccl̄. sua, in qua iurisditionem ecclesiasticam  
acceperunt, ceteris debent uti debet, quoniam vocati sunt in partem sollicitu-  
dinis, non in plenitudinem potatis sicut dicit Pont, in noc, de pontificis  
assumptum esse nempe a Deo in plenitudinem potatis, sic dicit ceteri  
Ep̄s vocatos esse nempe a Deo in partem sollicitudinis non. n. dicit  
vocatos esse a Pont, sed vocatos esse in partem sollicitudinis, non in  
plenitudinem potatis ſ sicut Pont, vocatus et assumptus est a Deo, sic  
vocatos esse a Deo

14. Sanctus thomas lib. 3. contra gent, c. 70. sicut agens inquit infir-  
mum inuenitur immediatum ad eum, ita virtus primi agentis inueni-  
tur immediata ad producendum effectum nam virtus infirmi agentis  
non habet quod producat hunc effectum esse, sed ex virtute super-  
ioris primi et virtus illius ex virtute superioris, et sic virtus  
supremi agentis inuenitur esse productiva effectus quasi causa  
immediata sicut patet in principij demonstrationum, quorum pri-  
mum est immediatum, sicut ergo non est inconueniens quod una ab  
producat ex aliquo agente, et eius virtute, ita non est inconueniens  
quod producat idem effectus ab inferiore agente et a Deo licet alio  
et alio modo. Et rursus idem thomas inquit, latus disputatis. q.  
iij. ar. 7. si inquit consideremus supposita agentis, quolibet agens pri-  
mum est immediatum ad suum effectum si autem consideremus vir-  
tem, qua fit actio sic virtus superioris causa est immediata  
quam virtus inferioris. Et idem in resp. ad. iij. ipsa inquit natura  
operatio est etiam operatio virtutis diuine sicut operatio instrumenti

est per virtutem agentis principalis et in respo. ad. III, tam Deus  
inquit, quam natura immediate operantur licet ordinentur se  
cundum prius et posterius q̄ s̄ prima et immediatio causa est  
si haec vera sunt ut quidem sunt, repugnat rationi, et naturae,  
quod isti dicunt potatem iuris dictionis immediate tribuit a Pont, me  
diato vero a Deo nam si Deus est causa mediata iuris dictionis cuiusli  
bet rei naturalis movens, et applicans virtutem immediatam ad agen  
dum, quanto magis fuerit adionis rei supra naturam

is.

1 Petri. c. 4. Unusquisq̄ (inquit) sicut accepit gratiam inaltera  
tuum, illam administrantes, sicut boni dispensatores multifarimis  
grae Dei, si quis loquitur tanq̄ sermones Dei, si quis ministrat tan  
quam ex virtute quam Deus administrat siue prebet, cum igitur  
potas iuris dictionis spualis gratia sit consequens est iuxta senten  
tiam B. Petri non est virtute hominis sed ex virtute Dei administrat  
et preberi nobis, non est igitur ex Pont, proprie potas iuris dictionis  
sed ex Deo

16.

Applicatio ad mulierem in coniugium secundum carnem fit imme  
diato, et proprie a Deo per legem eius quam dedit Ada, et in eo cete  
ris coniugibus, qui ut patres tradunt in Adam promiserunt quod  
ille inquit, hoc nunc os ex ossibz meis et caro de carne mea propter  
hoc relinquet homo patrem et matrem, et adheret uxori suae et erunt  
duo in carnem unam, ergo applicatio Epi ad ecc. in coniugium spuale.  
cum sit divinus exit non minus a Deo. et secundum leges eius illam s̄ p̄  
ores meas quod in Petro tanq̄ in capite et origine dictum esse suavioribz testan  
tur Pres, rursum vero applicatio ad ecclesiam fit per collationem potatis iuris  
dictionis, ergo potestas iuris dictionis est a Deo immediate et proprie secundum  
legem eius quod si hoc coniugium spuale aliqui divino iure sanctum disso  
lubile est, talem soluit Deus esse naturam coniugij, quod ad edificatio  
nem ecclesiae instituit, quae aliquando postulat, ut Epus ab una ecclesia  
ad aliam transferatur, aliquando ut ecclesia prioretur illud vero secun  
dum carnem quod generationem legitimam filiorum instituit, indisso  
lubile esse voluit

17. Postremo ut in ore duorum uel trium aut etiam quatuor stet om-  
ne uerbum B. Basilii in constitutionibus manastici tradit cum dixit  
christus Petro, Pasce oues meas, Petrum constituisse pastorem eccle-  
siae, et consequenter dedisse omnibus pastoribus, et magistris potestatem  
spiritualem pascendi. item Leo magnus sermone. 3. de die anniversariae  
suae assumptionis, cum (inquit) dixit Petro, tibi dabo clauis regni  
caelorum, et quaecumque ligaueris super terram erit ligatum et in cae-  
lis &c. transiit in alios Apolos ius potestatis huius, et ad omnes ecclesiae  
principes decreti huius constitutio comenauit, sed non frustra ueni comen-  
datur quod omnibus intimatur. Petro enim ideo singulariter creditur  
quod cunctis ecclesiae rectoribus Petri forma proponitur item B. Ambrosius  
in suo pastoralis idcirco (inquit) nos quibus in uerbis diuinis tradita est  
dispensatio, et qui gregem Christi alendum suscepimus, et quae sequitur  
et paulo post uerba eam mihi est si clauis illas regni caelorum, quas in B.  
Petro Apostolo cunctis suscepimus sacerdotes minime reseruare, et pe-  
lo infra de potestate iurisdictionis repetitum est (inquit) a domino tunc  
pasce oues meas, quas oues, et quem gregem non solum tunc B. suscepit  
Petrus, sed nobis cum eas suscepit et cum illo nos suscepimus omnes  
unde regenda sacerdotibus contraduntur, et merito rectoribus suis sub-  
duntur idem sentit Aug. in lib. de pastoribus, loquens enim de parabola  
boni pastoris non ideo (inquit) modo tractantur pastores, et dicitur pastor  
quod non inuenit Dominus cui comendaret oues suas. tunc autem ideo comendatur  
quod Petrum inuenit, immo uero et in ipso Petro unitatem comendauit multi-  
exant Apostoli, et ueni dicitur pasce oues meas, omnes pastores in bono  
sunt, et unum sunt. hactenus Aug. potestas ergo pascendi ac proinde  
iurisdictionis ab eo uere, et proprie tribuitur, a quo tributa est. 6. Petro  
et qui olim dixit ei. pasce oues meas, idem dicit nunc unicuique Episcopo  
pro pastori pasce oues meas, dicit inquam per Pontificem, tanquam mediatorem Christi  
in quo tanquam in successore Petri principis Apostolorum est plenitudo potestatis  
αὐτοῦς ἰσχύς. id est auctoritatis. quod nemo aliorum Episcoporum nisi per eum  
et sub eo a Deo accipit potestatem Episcopalem ad regendam ecclesiam  
negat sine eius auctoritate et licentia quicquam hierarchicum facere potest  
sed ut isti, qui contradicunt loqui uolunt, uocari se Episcopos ad potestatem

in his dictionibus a Pontifice neq[ue] sic scriptura, neq[ue] Patres, neq[ue] Synodi  
neq[ue] ipsi Pontifices loquuti sunt, sed potius profana verborum novitas  
est ab scripturis, et Apostolicis traditionibus aliena: aut doceant ipsi  
contrarium, et coarguant nos si posunt. vel potius arguant Apostolum  
qui dixit nemo sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo tanq[ua]m  
Aaxon.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Faint, illegible handwriting, likely a Latin manuscript. The text is written in a cursive script and covers most of the page.